

M I M

1 6 4 8





~~C. B. 5~~  
Ll, 2, 3.

30 B 10.

In usum Pedagogii  
Regii Glauchensis



Clarissimo & experientissimo  
VIRO,

**DN. CHRISTOPHORO**

obiit  
A.C. **MAIO**, Cassellano Hasso,

1653.

Berolinensium Poliatro,  
solerti ac felici,

*Ex templo Virtutis capitolium* Honoris  
**ASCLEPIADEI**

d. XIII. m. Jun.  
ingredienti, & inde

**LAUREAM DOCTORALEM,**

In festivitatem,

**NUPTIARUM**

cum pudicissima

**SUSANNA,**

Virgine lectissimâ,

**Dn. GEORGII Goldt-Eisen/ Sereniss. Electori**

Brandeb. à secretis intimis, & Colonix ad Sævum,  
Protonotarij fidelissimi b. m.

Nata unica,

ad d. XXVII. ejusdem mensis celebrandarum,

importaturo

certatim bona verba canunt

**PROMOTORES, FAVORORES, AMICI,**

A. fanati orbis

**CI<sup>o</sup> 1<sup>o</sup> C XLII.**

Literis **MICHAELIS KOCHII.**

scribebat  
es Balthasar  
radio-Marcus





Classimo & experientissimo

Viro

DR. CHRISTOPHORO  
MATIO Cellense


ASCELEBDEI

LAUREAN DOCTORALEM

NURTALIN

QUEANNA

DR. GEORGI





**P** Ræsit larga novis JOVÆ BENEDICTIO SPONSIS,  
Augeat & multâ non sine prole torum.  
JLLIS ex voto feliciter omnia cedant  
Perpetuò, tandem cœlica regna precor.

*Paucula hæc ex sincero animo  
modulabatur*

**Matthæus Coldebacius U. J. D.**

Codicis Justiniani Professor publ.  
Juridicæ Facult. Senior & p. t. Aca-  
demix Francof, R E C T O R.

**MAJUS** sic Majus, qui misceat utile  
dulci.

**I** Nter bis senos, quos ordine computat annus  
Menses, non reperit Majus honore parem.  
Omnia Majus habet, reliqui quæ singula promunt,  
Pharmaca sive pares, gaudia sive pares.  
Tunc vario exultant spirantes germine campi,  
Picta q̄, multiplici flore superbit humus.  
A via tunc resonant a vibus virgulta canoris  
Et pecus in viridi luxuriatur humo.  
Cum Phœbo conjuncta Venustunc rura pererrat,  
Et qui aliàs nunquam, tunc bene conveniunt.  
Materiem sertis Hæc colligit, Ille medelis,  
Usibus ista suis; Usibus ille suis.  
Omnia MAJUS habet; Sic noster & omnia MAJUS,  
Pharmaca sive pares, gaudia sive pares.



*Ipsi est Herbarum, Radicum & maxima Florum  
Copia, quæis morbos arte fugare potest.  
Ipsi ad latitiam crescunt tot germina honorum,  
Et Phabilaurus, Palladiaq; coma.  
Ipsi ad latitiam surgunt tot germina amorum  
Et molles viola, purpureaq; rose.  
Hinc Venus & Phoebus juncti sua munera adornant  
Aurea sarta Venus, Laurea Phoebus amat.  
Gratulor inde tibi, duplici de munere divinum,  
Nuper jam Doctor, deinde maritus eris.  
Sic Amor assueto passu comitatur Honorem!  
Fructus Honoris Amor; Fructus Amoris Honor.  
Ergo quis in nostro non diceret omnia MAIO,  
Pharmaca sive pares, gaudia sive pares!  
Et si CHRISTOPHORUS Christum feret ipse decenter,  
Quid MAJO majus pondere MAJUS habet.*

*Honores & Amores gratulans  
deproperabat*

*Simon Urfinus SS. Theol. D. & Pro-  
fess. Ecclesiar. Francof. Pastor.*

**S**IC cathedra ex Phoebi, in Veneris descende Cathedram,

*In Veneris, Medicam ne indigeas, cathedram:  
Hoc tibi CARPZOVIVS, MAI CLARISSIME DOCTOR,  
Optat, & hoc voti nunc satis esse putat.*

*Christianus Carpzovius U. J. D.  
Pandect. Profess. Publ. & p. t. Fac.  
Jurid. Decanus.*



**V**Ota petis, MAJ, geminâ decorande coronâ;  
Conferat opto **DEUS** quaq; secunda Tibi.  
Quos Hygieia Tibi benè nunc largitur honores,  
Omnigenâ cumulet prosperitate **DEUS**.  
Det **DEUS** ut sine litethorus, concordia constans,  
Det sobolem multam, gaudia multa precor.

Clarissimo atq; Experientissimo

Dn. Sponso hæc pleno

scripsit affectu

Johannes Brunnemannus J. U. D.  
atq; Inst. Imp. Prof. P.

**C**ultores divina suos non deserit unquam,  
Virtus, sed meritis præmia digna refert,  
Ne quem pæniteat sumpti pigeatq; laboris,  
Verùm spe vincat tædia mille bonâ.  
Hoc expertus idem, Vir Præclarissime, firmas,  
Quem gemino virtus mactat honore sacra,  
**DOCTORIS** titulos docto plaudente Senatu  
Ingenio tribuit digna brabea tuo,  
Jam pridem omnigenâ quæ cognitione mereris  
Artis Apollineæ, cui studium omne locas.  
Expectat Sponsum te Sponsa venusta decorum,  
Ac horas numerat consocianda tibi,  
Dote pudicitæ **SUSANNU** LA culta decenter,  
Quæ tecum vitæ ducat amata dies.  
Non ego te possum non dicere, care, beatum,  
Quem Fortuna sinu blandiùs alma fovet.



Sit maneatq; meus felix per secula MAJUS  
Plurima, morborum destruat omne genus,  
Inq; toro videat felicia pignora prolis,  
Et pacem, & quicquid sedulus ipse vovet.

*Amico incomparab. f.*

Melchior Polifius Med. Doct.  
in Acad. Viadr. Profefs. Publ.  
& Facult. Med. p. t. D E-  
CANUS.

**E**Cce Machaonio schola nobilitata Senatu  
*Marchica* supremo cingit honore caput.  
Omne mox fausto Sponsam sociabit amatam  
*Berlinum*, MAI, Re celebris medicâ.  
Quid tibi, quidve boni Sponsæ nunc comprecor ore,  
Hoc tantum; huic pondus Numen inesse velit;  
Sit felix Thalamus, superûm sit munere Laurus,  
Quam Phoebus donat, quem Venus ipsa parat,  
Vive tuæ blandus Sponsæ, metuendus at Orco  
Vive, atq; in longos cresce, virefce, dies.

*Ita gratulabundus acclamabas*

Christophorus Ursinus  
Medic. D. & P. P.

**A**ffectum Cordis nuper, Vir clare, gravantem  
Tractabas docto scammate, fronte gravi.  
Ipse sed affectu cordis graviore laboras,  
Dum langvente satis pectus amore gemit.

*Ast bene*



*At benè res agitur: Morbo medicina parata est;  
Propinat Medico Nupta salutis opem.  
Uttere: mox primum roburq; vigorq; redibit,  
Alter ut alterius sitq; medela precor.*

Honoratissimo suo  
Honoris Doctoralis Competi-  
tori fundebat

D. Elias Habrisch, Marchionatus  
Inferioris Lusatiae Medicus Or-  
dinarius.

*Plato Dialogo VI. de Legibus.*

In conjugio hæc consolatio proposita sit: Quod conjuges  
oporteat naturæ humanæ perpetuitati studere, ut liberos  
liberorum relinquentes, semper DEO cultores in suum  
locum substituunt.

*Et rursus ibid.*

Oportet parentes gignere & educare liberos, qui vitam tan-  
quam lampadem posteris tradant, ut semper sint aliqui  
colentes DEUM juxta ipsius legem.

**M**agnificè atq; piè, licet ethnica, Musa Platonis  
Æstimat & loquitur sancti de compare pacti:  
Ut post nos quoq; sint Cultores Numinis, inquit,  
Sunt ineunda sacri genialis fœdera læti.

Digna Viro tanto sententia, digna Platone,  
Quâ post scripturam sacram non sanctior extat.  
Castius ecquid enim potuisset dicere Sanctus?  
Barbaries ergò est & inepta licentia penna,  
Scribere quæ cum multa satis scurriliter ansa est,

Egre.



Egregiè laudata sibi, Connubia sentit.  
Respuit hos similesq; feros Academia mores,  
Nec, nisi quod castum est, castas admittit ad aures.  
Hos tibi Cultores roveo, Clarissime MAIE,  
Qui magnum pietate colant super aethera Numen,  
Et docti laudata premant Vestigia Patris,  
Cui DEUS imposuit geminum cum laude decorem,  
Insula Doctoris prior est, pia Sponsa secundus;  
Grata Viro, quae cuiq; placent, duo munera docto.

Hæc mea vota suo quondam conscripta Parenti  
Post aliquot quisquis Natorum legerit annos  
Antlatos reputet secum Patris ante labores,  
Quosq; merebatur fructus à Numine cernat.

Ex Patre clara suo capiat documenta perito:  
Præclarum sequar ergo Patrem, sequar, inquit. Optat  
Is, qui Samsonium voluit subnectere griphum.

M. Martinus Heinsius Amplifs.  
Facult. Phil. h. t. DECANUS.

### Hochzeitkäzell an das Frauenzimmer.

**E**s sitzt ein Vogel in dem Holzk/  
Von Federn bloß/ an Farben stolzk/  
Bey Städten vnd bey Dorffen/  
Der nicht wie andre mancher ley  
Gezillet wird durch einen Ey/  
Noch wie ein Ehler geworffen.

Er hat



Er hat gar eine Wunder Brutt/  
Aus Brunst in grosser Feuers Glutt  
Wird er nur außgehecket/  
Er dauret lang/ vnd frist doch nicht/  
Sihet nicht der Sonnen helles Liecht/  
Sein Fleisch keinm' Thiere schmecket.  
Doch gibe er von sich guten Safft/  
Davon viel Thiere schöpfen Krafft/  
Drümb sie viel darauff halten/  
Der ihm doch umb gewis gebähr  
Aus seinem Schnabel flüß herfür/  
Den Jungen vnd den Alten.  
Er ist wol einer Tauben lang/  
Ist stille stetz vnd ohn gesang/  
Bistweilen er doch kirret/  
Wenn man ihn etwa hart antast/  
Auff seinen breiten durren Ast/  
Vnd ihm die Jugendt irret.  
Das Frauen Zimmer gehet schier  
Mit diesem Alten Wunder Thier  
Mehr omb als Manns Personen/  
Drümb bitt ich alle in gemein  
Zurathen dieses Vögelein/  
Der Gfellen will ich schonen.

B

Wolff



Wolln sie Euch aber geben rath/  
Vnd sich beweisen mit der that/  
Laß ich es wol geschehen/  
Doch wie der Raht werd seyn bewandt/  
Den sie euch geben an die handt/  
Das wil ich gleichwol sehen.

**E** N Martem jungit MAJUS cum sidere Solis,  
Formosam sibi de utroq; parans Venerem!  
Artem qvis prisca neget adjunxisse novellam?  
Hac modò sinon prisca, atq; ea prisca, nova est.  
En hac illa, sibi MEDICUS quibus Ipse medetur,  
Secreta, haud ulli participanda Viro!  
O laurum duplici meritis mihi nomine, MAI,  
Arte medens agris, arte medens medicis!  
Illam Hygiea hodie Tibi circum tempora ponit:  
Bis septena istam, Cypria, nocte, dabit.  
Gaude utraq; diu, & majora cape incrementa  
Deq; ægrotorum, de proprioq; thoro.

Sic corollæ & Medicæ & gamicæ adpreca-  
bar, antiqva ductus fide & amicitia

Tobias Magirus Professor  
Academiæ.

**Q** Vi magno major cælo est, quàm munera magna  
Terricolis parvis tradere in orbe solet!  
Magnum



Magnum est, (quo majus nil Numen maximū olympi  
Promere quit), multū est, quod Tibi, MAIE, dedit!  
Nosse DEUM puro sincera lumine mentis,  
Num parvi donum ponderis esse putas?  
Artis Pæonia splendent tua pectora luce,  
Pectora quæ refici multa maligna queant.  
Pramia condecorant animum clarentis honoris,  
Conscendis summum, MAIE COLENDE, gradum.  
Quod superest; magnus nitor & flos, candida Maia,  
Nympha, tuos oculos pascit amata suis.  
Flos mentis Maii qui flore est dulcior ipso,  
Allicit in thalamum Te sibi, Sponse, novum.  
Gratulor affectu magno bona maxima Sponso:  
Maia diu Maio gaudia magna creet!

Hoc magni affectus  
exiguum specimen l. m. q̄s  
addebat

M. Gottlieb Pelargus El. P. P.

**J** Unius ut Majum sequitur, Clarissime MAI,  
Sic virtutem honor, & sic comitatur amor.  
Magna tua est virtus; magna est doctrina: probavit  
Hanc magnus Princeps; Principis aula probat.  
Namq̄ salutare, agroto è corpore, dextras  
Pellere senserunt noxia quaq̄ tuas.  
Hinc honor & sequitur; Medicorum nobilis Ordo  
Cujus, qua potuit, maxima signa dedit. Hinc



*Hinc amor & sequitur: Doctori Sponsa adamata  
Ore ac re, gente ac mente venusta venit.  
Nil poterant majus Phœbusq; Venusq; parare his,  
Junius hic, Mai, qua tibi dona dedit.  
At majora dabit (voveo) Ter Maximus; ut sit  
Fructus honoris honor, fructus amoris amor.*

\* \* \* \* \*

Chronodistichon.

DoCtorI & Sponso Malo fert I VnI Vs Iste,  
Et Ven Vs, & Phœb Vs, qVos Ipse optaVIt honores

L. M. q; gratulab.

M. Fridericus Reichelius

Prof. Publ. in Elect. Viadr.

## MELOS.

**O**DI Sophistam, qui sibi non Sophus:  
Odi medentem, qui sibi commodam  
Adferre opem nescit medendo,  
Ferre salutem aliis peritus.

Et semet ipsum nosse bonus probe  
Suevit Machaon, & sibi ferre opem,

Si fors Machaonidem & ager:  
Scripsit uti Sophiæ magister.

**M**A I, quis ausis non faueat Tuis  
Benè ominando? Quis Tibi cœlitus  
Non gaudeat pleno honorum

Adfluere agmine cornu honorum?

Vixti



*Vixti Camcenis cultor idoneus,*  
*Adstes medentum Pæonio choro.*  
*Tempus Tibi vidit brabeji*  
*Mens cata POLISII politi.*  
*Et jam Tiarâ insignis Apollinis,*  
*Habes paratum, ac prospicis eminus,*  
*Quod cominûs charum fovendo*  
*Subdideris lateri malagma.*  
*Curareit hac num vis vigil Ingenl,*  
*Morumq; suavis cinnus & Artium!*  
*Creavit an nutus J E H O V Æ*  
*Augmina tanta Tibi decôrîs?*  
*Cognoscite, ô quos Murcia non tenet,*  
*Ocnûsve asella resticulam parans,*  
*Laurûs virorem, quo beantur*  
*Eusebies Aretesq; mystæ.*  
*LAURÛS honorem Pæoniæ Tibi,*  
*VITISq; nexum grator amabilem,*  
*MAI, theatro angustiori,*  
*NUMINE dante, future major.*  
*Sit, opto, multis commoda & utilis*  
*Solers medendi dexteritas Tua!*  
*Tibi medenti sit domiq;,*  
*Opto, MARITA medela casta!*



*In gratiam Vos nulla dies, precor,  
Reducat; omni conspicuos bono,  
Re, Prole, Famâ, Aetate; Mentē  
Corporeq; incolumes perenne!*

*Requiescente paulum  
inter medicamina morbo  
fusum à*

M. GEORGIO MELLEMANNO  
Græc. Ling. Prof. Publ.

**T**Empora cùm lauru MAJO redimiret Apollo,  
DOCTORIS titulos & decus omne daret,  
Quasita plureis doctrina iusta per annos  
Præmia quæ dudum sumere dignus erat.  
Pergameo nodis præbente infigne bacillum,  
Imperium in morbos quo datur omne, deo.  
Cùm vigil astaret vultu metuendus atroci,  
Lumina contorquens in loca cuncta draco,  
Cumq; novem canerent dulcissima carmina Musæ,  
Læticia dantes plurima signa sua:  
Ecce tibi niveis Erycina advecta columbis,  
Gratia cui triplex conspicienda comes,  
Tota micans auro se confessoribus infert,  
Sollemne inspiciens pulchra decensq; sacrum.  
Mirata egregia limatum mentis acumen,  
Ad socias properè talia verba facit:  
Incedit MAJUS daphne satis inclitus istâ,  
Majus ab hac donum sed feret ipse manu,  
Certè si potuit capiti dare laurus honorem,  
Et tituli pondus conciliare novi;  
Non minor ex nostrâ nasctur gratia myrto,  
Impositum poterit quæ geminare decus.

*Mox*



Mox latus illa Viri leni fodit ungue parumper,  
Paucula sis audi, me nisi temnis, ait:  
Sic tibi qua doctam jam frontem laurus inumbrat,  
Æterno vireat frondis honore, precor,  
Sic tua depositis certam medicina salutem  
Afferat, & morbi semina dira, fuget!  
Non ex asse tamen sibi praeses Apollo medentium  
Afferet, ex aliqua te mihi parte dato.  
Et mihi caelicolas inter non infima sedes,  
Aut cuius possit me puduisse, locus.  
Nec mea sordeat quasi parva potentia cuiquam  
Imperio parent terra fretumq; meo.  
Tu quoq; tu nostros inter numerabere civeis,  
Nec pigeat domina regna subire dea.  
Sunt mihi tot Nymphae, quot flores vere tepenti,  
Quotq; per autumnam poma cadiva diem  
Quarum qua multo facie pulcherrima cunctas  
Vincit, in amplexus ducere sento tuos.  
Quod tibi divino datur accipe munere fertum,  
Auspicio Sponsam duc meliore domum.  
Nec sacramentum aut Veneris stipendia temne,  
Militia nomen sed dato grande mea.  
Atq; etiam in nostro vetus est Academia regno,  
Huic operam dare te, Doctor honore, decet.  
Aureus in ferrum caelo tibi depluet imber,  
In thalamum veniet musta puella tuum.  
Quam Paris umbrosa si conspexisset in Ida,  
Forme anceps fuerat palma futura mihi,  
Tu modo jam vigiles tandem dedisse lucernas,  
SUSANNÆ noctes asseritoq; tua.

Pro



Pro cathedrâ conscende torum, positisq; libellis,  
Virginis in tenero carpe labella sinu.  
Sic ait, & dextram prœndens Cytheræa puella,  
Tradidit in dextram læta favensq; Viri,  
Et sanxit paucis connubia prospera verbis,  
Ne faceret longam dictio multa moram.  
O nimium felix à diis ornate duobus,  
Cui sua dat Phœbus, cui sua dona Venus.  
Sit profigandis felix tibi dextera morbis,  
Et celebret soboles te numerosa patrem.  
Et diffusa tibi vigeat doctrina perennè,  
Quâ prosis alijs suppeditesq; tibi.  
Tis gentilitias ad seros mitte nepotes  
Ingenij & variæ cognitionis opes.  
Majus ut evadat MAJORUM nomen ubivis,  
Maxima si fieri gloria major habet.  
Jam pridem generis sunt hæc insignia vestri,  
Signatè ut Doctum MAJUS ubiq; notet.  
Syncopa nec laudes incidet tristis avitas,  
Deliquium proles doctâ timere vetat.  
Hoc decus est MAJI, majora subinde merentis,  
Illustri statuit quem Meditrina loco.  
Grande patefaciens Famæ studiosa theatrum,  
Didra qua cœli pulset utrumq; latus.  
Doctus ita applaudit concordi voce Senatus,  
Ingenio assurgens, Vir celebrande, tuo!

gratulab. scrib.

M. Joannes Mollerus  
Scholæ Francof. Rect.



**U** No Doctorem Sponsum quoq; mense vocamus  
M A J U M, perpaucis gratia tanta datur.  
Cum Doctōratu thalamum felicitet ille,  
Qui solus vegetat Numine cuncta suo.

*Deproperabam*

Georgius Goetschius

Stetin, Pomer. LL. Stud.

VOTUM NUPTIALE.

**C**aste DEUS casti thalami qui fœdera jungis,  
Quos jungis, maneat fac in amore pares,  
Nestoris ac superent horum connubia vitam  
Producat Laebesis stamina firma colo:  
Fortanentur opes, sint terq; quaterq; beati,  
Ut sit grata quies sit quoq; latus amor.

*His Excellentissimo & Experientiſſ.*

Dn. Doct. Majo deproperans

ſe recommendare voluit

Martinus Fridericus Seidell

Jurium Studiosus.

\* \* \* \* \*

**D**as Römische teutsche Reich/ das liebe Land der Himmel  
Wohier in dieser Welt/ steht jetzt im Kriegsgetümmel/  
Bellona zieht an sich die aller beste Jugend/  
Ein jeder haſſt die Ruh vnd ſucht im Krieg die Tugend/  
Die do ſo ſelſam iſt/ als Schätze die vergraben/  
Als warmes Eyß vnd dann wie ſchöne weiſſe Raben/  
In dieſer groſſen laſter hochbedrungenen Zeiten/  
Wo Brand vnd Mördercy mit hellem hauffen ſtreiten/

C

Gefelle



Gefelt Herr MAJUS Ihn sich dieses zu erkiesen/  
Was schon vor langer zeit den Männern ist gewiesen.  
Es folget dem verstande/ Es ist kein besser Leben  
Als wann man Einsamkeit bestimmet anzugeben/  
GOTT helff Ihm selbst dazu/ vnd lasse sein verlangen/  
In Glück vnd Frewdigkeit sich enden vnd anfangen.

**I**ngentes alius poscat cum conjugē gazas:  
Sed tibi perpetuos, MAI, det CHRISTUS amores.  
Nam leve thesauro est dilapidare caducos,  
Ast opus exigui, non est, ut credo, favoris,  
Si stabilis thalamum Pax & Concordia cingat.  
Hanc tibi de toto, DOCTOR CLARISSIME, corde  
Exopto, ut multos tua durent gaudia in annos.

*Ita applaudens deprop-  
rabat*

Leonhardus Jacobus Weiler

Berol. March. LL. Stud.

**I**n celebrem finit ars sanatrix vivere nullum,  
Hujus Te gnarum, Candide MAJE, scio.  
Qui modò in illà conspicuos es nactus honores  
Perpetui tituli, perpetuumq; decus;  
Nunc in laudibus his summis procedis & ultra  
Sponte maritales, Numine ductus, adis.  
Gratulator illi, quem DEUS & Fortuna vocavit,  
Te Fortuna vocat, Te DEUS ipse vocat.

*Auspice*



*Auspice Rege Poli jam latus honoribus adstas,  
Ducis & hanc Nympham hoc auspice Rege Poli.  
Hoc duce consilium nunc omne salubriter agro est,  
Latâ quod gaudet civica turba manu;  
Hoc sint Rege tuus Thalamusq̃, laresq̃, beati,  
Sic felix annos vivito Nestoreos.*

Leonhardus Weilerus Berol. M.

LL. Studiosus

*sincero gratulanti animo f.*

**C**LARE VIR ingenio, & nitidissima Gemma Me-  
dentum,

*Bis te felicem dicere jure queo.*

DOCTORIS titulum confert tibi dius Apollo,

*Doctrinae præbens justa brabea tua.*

Jam venit ecce Venus, tenerorum mater amorum,

*Adducens Nympham, Sponse beate, piam,*

Quam lecti sociam firmo tibi fœdere jungas,

*Quod præter mortem solvere nemo valet.*

Euge, tibi ridet vultu Fortuna benigno!

*O vireat laurus tempus in omne tua!*

Addo preces: Thalamum nunquam Morbona fatiget,

*Nec desint domui pignora cara tua.*

Hæc in honorem Dn. Sponsi  
adjecit


Christianus Weiler Berol. M.

LL. Stud.



**A** rte Machaonia, Celebris Vir, Nate Minerva  
 Ac, MAI, patrii Nobile germen agri.  
 Felicem Te nostra canit Viadrina Camæna,  
 Felicem extollit vulgus ad astra loquax.  
 Et quis quæso magis MAJO felicior unquam  
 Extitit? En MAJO majus in orbe nequit  
 Promanare bonum; Hûic cælum terra faventq̃  
 Accumulant Doctum muneribusq̃ Virum.  
 Una corona caput, Doctor Clarissime, cinxit,  
 Quam Tibi Musarum misit Apollo DEUS.  
 Nebitur à Sponsa Tibi, Sponse, corona secunda;  
 Jova Sacerdotis porrigit ipse manu:  
 Corcula bina idem vero connectat amore,  
 Et faciat thalamo prosperiore frui.  
 Auro nil melius, magis & durable ferro  
 Nil datur, hoc Sponsæ nomen utrumq̃ refert.  
 Aurea sic thalamum Sponsorum gaudia cingant,  
 Duret & in longos hic thorax, opto, dies.  
 Tertia, conjugium serâ cum morte solutum,  
 Aptetur capiti, Sponse, CORONA Tuo.

F.  
 Godofredus Textor  
 S. S. Theol. Stud.





Carmen Elegiacum quod scripsi Joanni Baptista Gebelio  
Svidnic. Silesio Pastori Ecclā in Raciburo.  
cum gradum Magistrū nancisceret Decano  
M. Thoduro Eberta 17 Calend. Maij  
A. 1624. aetate meae 19.

Ita bonis avibus GEBELI, quō Deus Autor,  
Quō te fata vocant, ita bonis avibus.

Magnum opus adgrederis, sed, quod tibi cine fultus  
Neminis atbetici, fortiter expedies.

Ambuet etantis linguam locuplete Suada,

**SPIRITUS** Orator calicus ille, tuam.

Seminiū Disperge **DEI** per cordium agellos:

Nec sine mole preces, aut sine fruge, dato.

Et vineta **DEI** assiduo accubudq; labore

Percole, quo fructus mille suprag ferant:

**BAPTISTAM** ex cathedra **BAPTISTA** imitare tonantem

**GEBELI!** verā pro pietate puta:

Instrue non-doctos, errantes corrige, fractos

Erige, confuta dogmata vera minus.

Sic vivente volent tecum partizier annos

Prospera dicentes quōs sacra dicta feres.

Sublatiq; olim manibus, sine pondere terram

Manibus optabunt, (sed bene sero) tuis,

Cum tuba te ruptā tumbā revocabit ab umbris,

**IOVA**, mei pastor dicet, adesto, gregis;

Ambrosiā rursūm te pascam & nectares quare

Magna cape astrati pramia, carpe, pōli.

Hoc penitis animi penetrabilibus coto, precordj


**JANE** mihi multo n nomine ebare! **VACE.**

ULB Halle  
002 062 674


3











45

B.I.G.

Farbkarte #13

1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
8  
Inches  
Centimetres

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

no & experientissimo  
 VIRO,  
**ISTOPHORO**  
 Cassellano Hasso,  
 inensium Poliatro,  
 solerti ac felici,  
 virtutis *capitolium* Honoris  
**CLEPIADEI**  
 XIII. m. Jun.  
 ingredi, & inde  
**M DOCTORALEM,**  
 in festivitatem  
**PTIARUM**  
 cum pudicissima  
**SANNA,**  
 Virgine lectissima,  
**Goldt-Eisen/ Sereniss. Electori**  
 is intimis, & Coloniae ad Svevum,  
 notarij fidelissimi b. m.  
 Nata unica,  
 usdem mensis celebrandarum,  
 importaturo  
 im bona verba canunt  
**ES, FAVORITES, AMICI,**  
 A. fanati orbis  
 15 15C XLII.  
**MICHAELIS KOCHII.**